



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

Anno Sexto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74715)

semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Congregationis, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentis ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXX. Maji MDCCV. Pontificatus nostri Anno Quinto.

LVI.

Conceditur facultas mittendi Discretum, & Juvenes Provinciæ Aquitanie Antiquioris Ordinis S. Francisci de Observan. ad Cœnobium Parisiense.

Pro restitutione hujus facultatis a Clem. X. edita fuit Const. ed. 1672. Oct. 18. Et hujus Pontificis Constit. ed. 1708. Dec. 18. P. 9. præcipitur executio Constitutionis Clem. X.

Dat. 28. Sept. 1705. An. 5.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi nobis nuper fecit dilectus filius Philippus Faure Exdiffinitor Generalis, & Minister Provincialis Provinciæ Aquitanie Antiquioris Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod a nonnullis annis per quasdam fel. rec. Clementis PP. X. Prædecessoris nostri desuper in simili forma Brevis expeditas literas ad instantiam tunc existentis Ministri Provincialis dicte Provinciæ nomine Joannis Jourdain prohibitum fuit, ne Discretus, & Studentes ejusdem Provinciæ ad Magnum Parisiensem Conventum dicti Ordinis amplius mitterentur, eo quod Regularis Observantia in illo minime vigeret, indeque timeretur, ne ad Provinciam prædictam transactis Studiis redeuntes ab ipsa Regulari Observantia aliquo modo declinarent.

Rationes, & preces Provincialis pro restitutione d. facultatis.

§. 1. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, reformatio in prædicto Conventu Parisien. a tunc pariter existente Ministro Generali Ordinis prædicti introducta fuerit, necnon ibidem Regularis Observantia hujusmodi de præsentem vigeat, cessetque proinde talis prætextus, neque simile periculum amplius sit timendum, ac propterea dictus Philippus Exdiffinitor Generalis, & Minister Provincialis Provinciam prædictam in suum Jus, quo ante emanatas literas prædictas pacifice, & absque ulla controversia fruebatur, restitui, eique facultatem mittendi Discretum, & Studentes more solito ad eundem Conventum Parisien. concedi plurimum desideret, & pro Juris hujusmodi restitutione a prædicto Clemente Prædecessore alia itidem in

A Clem. X. vetitum fuit, ne prædicti ad Cœnobium Parisien. amplius mitterentur.

forma Brevis literæ die 18. Octobris 1672. expeditæ ob legitima tamen impedimenta executioni demandata minime fuerint. Nos ipsius Philippi Exdiffinitoris Generalis, & Ministri Provincialis votis hac in re, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui relationem dilecti etiam filii moderni Procuratoris Generalis dicti Ordinis audiverunt, consilio, Superioribus Regularibus, ad quos cæteroque juxta præscriptum ejusdem Ordinis Constitutionum pertinet, ut Discretum, & Juvenes ad præfatum Conventum Parisien., prout ante primò dictarum in forma Brevis literarum expeditionem confueverant, Studiorum causa mittere possint, & valeant, facultatem auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & impartimur.

Concessio præd. Facultatis.

Claufulæ.

§. 2. Decernentes ipsas præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVIII. Septembris MDCCV. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Mandatur Provinciali Fratrum Minorum Discale, Provinciæ Mexican., quod juri præcedendi Fratribus Eremitis S. Augustini absque consensu Diffinitorii, & Discretorii nuncium remittere nequeat.

LVII.

Hujusmodi jus concessum fuit ab Innoc. XII. Const. ed. 1700. Apr. 3. P. 9. Et postea confirmatum ab hoc Pontif. Const. ed. 1702. Novem. 24. P. 3. Et Const. ed. 1714. Oct. 6. P. 14. agitur de primatu inter Fratres Clericos, & Laicos Provinciæ Baticæ.

Dilecto Filio moderno, & pro tempore existenti Ministro Provinciali Provinciæ S. Didaci Mexican. Ord. Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Discaleatorum nuncupatorum.

CLEMENS PAPA XI.

Dilecte fili Salutem, & Apostolicam benedictionem.

CUM sicut dilectus filius Isidorus a Jesu verbi Dei Prædicator, & Procurator Provincialium SS. Josephi, Joannis Baptistæ, & Petri de Alcantara Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Discaleatorum nuncupatorum Hispaniarum Nobis nuper exponi fecit, alias ad favorem Fratrum Provinciæ Sancti Didaci Mexican. a fel. rec. Innocentio PP. XII. Prædecessore nostro die 14. Junii 1700. emanarunt in simili forma Brevis Literæ expeditæ con-

Dat. 12. Dec. 1705. An. 6.

A quo Pontifice concessum, & confirmatum fuerit hujusmodi jus præcedendi.

firmatoris

firmatoria cujusdam Decreti Congregationis tunc existentium S. R. Ecl. Cardinalium Sacris Ritibus prapostorum, per quas dispositum reperitur precedentiam Fratibus supradictae Provinciae non solum in Processionibus solis, etiam sub propria Cruce, sed etiam in Concionibus, disputationibus, concurrentia Praelatorum, aliisque actibus tam publicis, quam privatis interveniente, vel non interveniente familia de Observantia supra Fratres Provinciae Sanctiss. Nominis JESU Ordinis Eremitarum S. Augustini competere; Et subinde nos praedictas Innocentii Praedecessoris literas per alias nostras pariter in simili forma Brevis die 24. Novembris 1702. expeditas literas confirmaverimus; ipse vero Josephus, ut dicto Juri praecedendi primordiae Provinciae, sicut praemittitur competenti a te, seu tunc existente illius Ministro Provinciali sine totius Provinciae consensu renunciari nequeat per nos decerni plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur.

Preces Procuratoris Provinciae Hispaniarum.

§. 1. Nos igitur ipsum Iidorum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. Ecclesiae Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepostorum, qui dilectum etiam Filium modernum Procuratorem Generalem dicti Ordinis super praemissis audiverunt, consilio, tibi, & pro tempore existenti Ministro Provinciali dictae Provinciae committimus, & injungimus, ut sine consensu Patrum Diffinitorii, & Discretorii Juri praecedentiae, de quo agitur, renunciare nequeas; Salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Mandatum praed. Ministro Provinciali factum.

Clausula.

§. 2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit dicti Ordinis, & Provinciae S. Didaci, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Anno Piscatoris die XII. Decembris MDCCV. Pontificatus nostri Anno Sexto.

LVIII.

Prohibetur, ne Fratres Eremitae S. Augustini Discalc. Congregationis Hispaniae alteri Religioni adscripi habitent in ea Provincia, in qua priorem habitum gestaverint.

Const. ed. 1702. Nov. 24. Pont. 3. extat prohibitio ne duo consanguinei, vel affines in Capitulis suffragentur. Et Bened. XIII. Const. ed. 1706. Jan. 22. Pont. 1. praecipitur uniformitas in cantu, barba, & Caputio Congregationis Discalceatorum.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Sacrofancti Apostolatus sollicitudo, quam merito, licet, & viribus longe impares, auctore Deo gerimus, Nos admonet, ut conservandae Religiosorum Virorum, qui e fluctibus seculi in Regularis vitae portum confugerunt, assumptoque suavi Christi jugo Altissimi obsequiis se devoverunt, ac uberes bonorum operum fructus per Dei gratiam proferre jugiter fatagunt, existimationi, quantum Nobis ex alto conceditur, fatagamus.

Dat. 6 Dec. 1705. An. 6.

Exordium.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius modernus Vicarius Generalis Congregationis Hispaniae Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini Discalceatorum nuncupatorum, quod nonnulli e dicta Congregatione ad alias Religiones etiam laxiores transeundi licentiam ab hac Sancta Sede variis praetextibus obtinere curant, & eaque obtenta in illis habitum Regularem assumunt, nec non ad eas Provincias, in quibus habitum praedictae Congregationis Fratrum Discalceatorum publice gestaverant, ac cogniti, & commorati fuerant, illuc habiturum se conferunt; & ad detegendas, seu defendendas proprias imperfectiones ejusdem Congregationis Fratrum Discalceatorum, illiusque superiorum famam multis imposturis, & derisionibus lacerare non verentur, cum gravi Secularium scandalo, bonique nominis dictae Congregationis detrimento. Quare idem Vicarius Generalis Nobis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur.

Causa d. Prohibitionis.

XII

Preces Vicarii Generalis Congregationis.

§. 2. Nos igitur ipsius Vicarii generalis votis favorabiliter, quantum cum Domino possumus annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepostorum consilio, ne de caetero quisquam, qui e memorata Congregatione Hispaniae Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini Discalceatorum post emissam in illa professionem regularem, ad aliam quamcumque Religionem quomodolibet transierit in ea Provincia, in qua Professionem hujusmodi emisit, ac habitum Fratrum ejusdem Congregationis Discalceatorum Hispaniae publice gestaverint, habitare, seu commorari audeat quovis modo, vel praesumat, auctoritate Apostolica tenore praesentium prohibemus, & interdicimus, salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Prohibitio, ne dd. Fratres commorentur in eadem Provincia.

Clausula.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quancumque spectabit inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quorumvis Ordinum, Congregationum, & Institutorum Regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robo-

ratis

ratis statutis, & Consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique locorum tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsi præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Anno Piscat. die XVI. Decembris MDCCV. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

LIX.

Confirmatur Decretum Congregationis Rituum de cultu immemorabili, & casu excepto pro Beatis Teresa, & Sancia Regis Portugalliæ filiabus Congregationis Alcobacen. Ordinis Cisterciens. Monialibus.

De cultu immemorabili B. Mariae de Capite vide Inn. XII. Const. ed. 1697. Aug. 11. P. 7. Et hujus Pontificis Const. ed. 1710. Mar. 26. P. 10. confirmatur cultus B. Lucia de Narnia.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Dat. 23. Dec. 1705. An. 6.

Exordium.

Solicitude Pastoralis Officii, quo Catholica Ecclesiæ per Universum Orbem diffusa regimini Divina dispositione præsidemus, Nos urget, atque compellit, ut Beatarum Christi ancillarum in Cælis cum eo regnantium cultum, & venerationem in terris promovere studeamus, sicut pia Regum, & Principum Orthodoxorum studia postulant, & Nos ad Omnipotentis Dei Gloriam, ad Ecclesiæ decus, & præsidium, ac spiritualem Christianidelium ædificationem, & consolationem expedire in Domino arbitramur.

Causa Beatificationis introducta fuit 1667. sedente Clem. IX.

§. 1. Cum itaque alias, videlicet die 4. Octobris 1667. a felic. recor. Clemente Papa IX. Prædecessore nostro Commissiones pro introductione causæ, seu Causarum Beatificationis Beatarum Reginarum Teresæ, & Sanciæ Monialium Ordinis Cisterciens. clar. mem. Sancti Primi, dum vixit, Portugalliæ Regis illustri natarum signatæ, ac in illarum executionem die decima Decembris ejusdem anni, dicto Clemente Prædecessore annuente, literæ remissoriales, attentò, quod Sedes Episcopalis Colymbrien. tunc vacabat, tunc existenti Episcopo Targen. Civitate Ulyssiponen. commoranti dirigendæ pro constructione Processus particularis super cultu immemorabili prædictis Teresæ, & Sanciæ præfite, & casu excepto a decretis jussu rec. mem. Urbani Papæ VIII. pariter Prædecessoris nostri editis, decretæ fuerint, cum facultate, quod in una remissoria ambæ Commissiones includerentur. Literæ vero hujusmodi, prout assertum fuerat, nunquam expeditæ fuerint, ideoque ad effectum conficiendi præfatum Processum ad pias, enixasque preces Charissimi in Christo filii Nostri Petri Portugalliæ, & Algarbiorum Regis Illustris, ac tunc in humanis agentis clar. mem. Mariæ, dum vixit, Reginæ ejus Uxoris, necnon dilecti filii nobilis Viri Cosmi Etruriæ sibi subjectæ Magni Ducis, accedentibus etiam in id ipsum supplicationibus nonnullorum Prælatorum Religiosorum, Tribunalium, Senatuum,

Precibus Regis & Regina Portugalliæ, aliorumque commissæ fuit constructio Processus 1695. sedente Inn. XII.

Magistratum, & Academiæ Regni Portugalliæ, ac ad iteratas humillimas instantias dilecti filii Bernardi de Castl Branco Monachi expresse professi, ac Procuratoris Generalis Congregationis Sanctæ Mariæ de Alcobatia Ordinis præfati, in Sacra Theologia Magistri, Causæ, seu Causarum Beatificationis, & Canonizationis hujusmodi Postulatoris, Nobis referentibus, qui tunc in minoribus constituto Cardinalatus honoreungebamur, ac in locum bon. memor. Sigismundi Chiffi, dum vixit, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Sigismundi nuncupati Causæ, seu Causarum hujusmodi Relatoris, subrogati fueramus, exhibitis prius per dictum Bernardum Postulatorem binis Processibus in Colymbrien., seu Ulyssiponen. Civitatibus, postquam Sedes Apostolica in Causa, seu Causis præfatis manus apposerat, nulliter constructis, die 17. Septembris 1695. a Congregatione tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum novæ Remissoriales, seu Compulsoriales literæ tunc pariter existentibus Archiepiscopo Ulyssiponen., & Episcopo Colymbrien., eorumque Vicariis in spiritualibus Generalibus dirigendæ, annuente etiam die 25. ejusdem Mensis Septembris piæ memoriæ Innocentio Papa XII. itidem Prædecessore nostro, concessæ fuerint, illarumque vigore Processus prædictus constructus, ac in actis memoratæ Congregationis Cardinalium exhibetur, servatque servandis apertus fuerit; demum vero, eodem Bernardo Postulatore instante, proposito dubio in prædicta Congregatione Cardinalium per dilectum filium nostrum Carolum dictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconum Cardinalem Bichium nuncupatum, qui in Relatorem Causæ, seu Causarum prædictarum in locum nostrum a Nobis subrogatus fuerat - An constaret de cultu immemorabili Beatis Teresæ, & Sanciæ præfatis præfite, & casu excepto a dictis Decretis Urbani Prædecessoris, & an sententia desuper lata a memorato Episcopo Colymbrien. Judice Delegato, esset confirmanda in casu, & ad effectum, de quo agebatur. Dicta Congregatio Cardinalium, audito tam in scriptis, quam in voce Venerabili Fratre Profpero Archiepiscopo Miren. Promotore Fidei de ejusmodi cultu immemorabili, & casu excepto, constare censuerit: Hinc est, quod Nos piis, ac devotis ejusdem Petri Regis, ac totius Congregationis de Alcobatia hujusmodi, necnon dilectarum in Christo filiarum Abbatissæ, & Monialium Monasterii Lorvanienfis supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis favorabiliter annuere cupientes, ac præfatarum Abbatissæ, & Monialium singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & penis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, Decretum a præfata Cardinalium Congregatione editum, ut præfertur, quod scilicet de cultu immemorabili eisdem Beatis Teresæ, & Sanciæ præfite, & casu excepto a Decretis ejusdem Urbani Prædecessoris, constet, Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate prædictæ Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes eandem præsentem literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum, plenissime suffragari, & ab eis respectu inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, &

Decretum fuit a Congregatione Rituum constructæ de cultu, & casu excepto.

Preces Regis Portugalliæ, Congregationis de Alcobatia, & Monialium Monasterii Lorvanienfis.

Confirmatio Decreti præd. Congregationis.

Clausula.

Delegatos,

Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut ipsarum Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Anno Piscatoris die XXIII. Decembris MDCCV. Pontificatus nostri Anno Sexto.

LX.

Conceditur Indulgentia plen. perp. pro Ecclesiis Canonicorum Regularium S. Augustini Congregationis S. Rufi in festis SS. Augustini, Rufi, & Monicæ.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dat. 12. Jan.
1706. An. 6.

Exordium.

Commisæ Nobis a Domino Nostro Jesu Christo dispensationis ratio exigit, ut Cælestium munerum Thefauros ad augendam in Terris Sanctorum in Cælo regnantium venerationem, fovendamque, & incitandam erga illos fidelium devotionem, fideli prudentia quantum nobis ex alto conceditur erogare studeamus.

Preces Præpositi Gen.

§. 1. Supplicationibus itaque dilecti filii moderni Abbatis Monasterii S. Rufi Præpositi Generalis Congregationis Canonicorum Regularium ejusdem S. Rufi Ordinis S. Augustini nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ac de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus utriusque sexus Christianidelibus vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communionem refectis, qui aliquam ex Ecclesiis quorumcumque Monasteriorum Canonicorum Regularium dictæ Congregationis hætenus erectis, & in futurum quandocumque erigendis, ac ubicumque locorum existentibus in præfatorum Sanctorum Augustini, & Rufi, ac S. Monicæ festis diebus a primis vespere usque ad occasum solis dierum hujusmodi singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die prædictorum id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Concessio præd. Indulgentiæ.

Clausulæ.

§. 2. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra illud ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Anno Piscatoris die XII. Januarii MDCCVI. Pontificatus nostri Anno Sexto.

LXI.

Confirmatur Decretum Generalis Ord. Prædicatorum, quo prohibetur receptio illegitimum in Provincia Angelopolitan.

De dimissione Fratrum e Congregatione S. Sabinae, & eorum receptione agitur Bened. XIII. Const. ed. 1724. Maji 1. P. 1.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Dat. 15. Jan.
1706. An. 6.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Ferdinandus de Elpinofa frater expresse professus Ordinis Prædicatorum Provinciæ Angelopolitan. dicti Ordinis in Sacra Theologia Magister, quod dilectus pariter filius Antonius Cloche Magister Generalis Ordinis hujusmodi spiritali quieti Religiosorum ejusdem Provinciæ non modicas ob frequentem in illis partibus Illegitimum ad habitum Regularem Ordinis hujusmodi receptionem perturbaciones patientium consulere peroptans suo peculiari Decreto die 9. Septembris anni proxime præteriti edito omnibus, & singulis Superioribus Provinciæ prædictæ in virtute Spiritus Sancti, & Sanctæ Obedientiæ sub formali præcepto, necnon sub pœna absolutionis ab officio ipso facto incurrenda prohibuit, & interdixit, ne sub quovis titulo, seu prætextu ad habitum, & Ordinem hujusmodi quempiam illegitime genitum, etiam ex soluto, & muliere soluta cujusvis conditionis, & qualitatis existat, absque expressa pro tempore existentis Magistri Generalis Ordinis prædicti in scriptis, & cum specifica derogatione prohibitionis hujusmodi concedenda licentia admittant, irritum, & inane declarans quidquid in contrarium contigerit attentari, & alias prout in eodem Decreto uberior dicitur contineri.

Causa præd. Decretum 1705. Sep. 9. editi.

Preces Magistri de Elpinofa.

§. 1. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Ferdinandus Decretum hujusmodi quo firmiter subsistat, & servetur exactius Apostolicæ confirmationis nostræ patrocio communiri plurimum desideret. Nos specialem ipsi Ferdinando gratiam facere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui dilectum etiam filium moderum Procuratorem Generalem Ordinis prædicti super præmissis audiverunt consilio, suprascriptum Decretum auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robor adjectimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti.

§. 2. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausulæ.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Provinciæ, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis,

ac ad

ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XV. Januarii MDCCVI. Pontificatus nostri Anno Sexto.

LXII.

Declarantur nulla acta in Indiis collata a Generali Inquisitore, Archiepiscopo S. Fidei, Episcopo S. Marthæ, & Curia Laicali adversus Episcopum Carthaginen. Immunitatis Ecclesiasticæ jura tuentem, cum nonnullis aliis declarationibus, & Statutis.

Inn. XII. Const. ed. 1693. Sep. 1. P. 3. declarata fuisse nulla edita Prætoris Cremonen. de festo S. Dominici. Et hujus Pontificis Const. ed. 1707. Jan. 1. P. 7. declaratur nullum editum Archiepiscopi Goan. contra jurisdictionem Commissarii Apost. in Indiis Orient.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EX commissi Nobis divinitus pastoralis officii debito causam inter Venerabilem Fratrem Michaellem Antonium Episcopum Carthaginen. in Indiis ex una, & Dilectos filios Franciscum Varelam adversus hæreticam pravitatem Inquisitorem in dicta Civitate auctoritate Apostolica deputatum, ac Officiales, seu Ministros Curie Laicalis, necnon Venerabiles Fratres tunc existentes Archiepiscopum Sanctæ Fidei, & Episcopum Sanctæ Marthæ, aliosque ex altera partibus vertente dirimere cupientes, de Congregationis nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus a Nobis specialiter deputata, quæ diebus 11. Decembris 1703. & 11. Januarii 1704. si ita Nobis placuisset, ut infra, censuit, consilio, omnia acta per dictum Michaellem Antonium Episcopum esse rite, & bene gesta, & vice versa cuncta, quæ per dictos Inquisitorem, & Curie Laicalis officiales, seu Ministros, ac Archiepiscopum Sanctæ Fidei, & Episcopum Sanctæ Marthæ contra prædictum Michaellem Antonium Episcopum gesta fuerunt, esse nulla, invalida, & attentata, auctoritate Apostolica, tenore præsentium declaramus.

§. 1. Et nihilominus ad majorem cautelam, & quatenus opus sit, illa omnia, & singula revocamus, cassamus, irritamus, annullamus, & abolemus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuumus, ac pro revocatis, cassatis, irritis, nullis, invalidis, & abolitis, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuis semper haberi debere decernimus, & pariter declaramus.

§. 2. Cæterum præfati Archiepiscopus Sanctæ Fidei, & Episcopus Sanctæ Marthæ, cæterique omnes supranominati consulant conscientiam suam pro eorum absolutione. Quo vero ad Canonicos, aliosque Ecclesiasticos, etiam Regulares delinquentes dictus Michael Antonius Episcopus in reditu ad suam Ecclesiam contra illos non obstante quacumque præfata exemptione per eos forsan adducenda, prout de jure procedat, & jam excommunicati curent sibi concedi absolutionem a præfato Michaelle Antonio Episcopo, qui prævio edicto offerat illam com-

parentibus infra terminum præfigendum, excepto Canonico cognominato Bentancur, cui uti magis culpabili, & in suis delictis detestabili dictus Michael Antonius Episcopus de mandato nostro injungat, ut ad hanc Almam Urbem nostram accedat, firmis tamen remanentibus privatione Canonicatus, & præbendæ, necnon Beneficiorum, aliisque pœnis eo per memoratum Michaellem Antonium Episcopum inflictis. Præterea Tribunal Inquisitionis a dicta Civitate Carthaginen. amovendum esse harum serie etiam decernimus.

§. 3. Quo vero ad illos, qui Carcerationem, exilium, & quamplures alias penas passi fuerunt, ex quo eidem Michaeli Antonio Episcopo adhaerent, eisdem, & eorum familiis tam in puritate sanguinis, quam in nobilitate, prout etiam quoad officia, & quæcumque beneficia cum cura, & sine cura, Canonicatus, & præbendas, ac Dignitates, etiam primas, necnon quascumque Cathedralis, & Metropolitanas Ecclesias obtinendas nullum præjudicium illatum fuisse, ac illis omnes multas, aliaque damna passa pariter rescindenda esse, & processus contra eosdem formatos pro abolitis, & cassatis habendos esse auctoritate, & tenore præfatis itidem declaramus.

§. 4. Insuper subjectionem Monasterii Monialium Sanctæ Claræ Civitatis prædictæ eidem Michaeli Antonio Episcopo juxta declarationem tunc existentium ejusdem S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, & quædam fe. re. Innocentii PP. XI. Prædecessoris nostri desuper in simili forma Brevis expeditas literas quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, cum privatione omnium officiorum, ac vocis activæ, & passivæ in perpetuum respectu illorum Fratrum, qui complices, & culpabiles de tot insultibus, & violentiis contra Monasterium, & Moniales hujusmodi commissis reperti fuerunt, factam confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur abjicimus. Porro dilectus filius Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum procedat, prout de jure ad executionem pœnæ adversus delinquentes, iique pro absolutione a censuris incurfis ad eundem Michaellem Antonium Episcopum recurrere teneantur.

§. 5. Ulterius omnia alia Monialium Monasteria cujuscumque Ordinis, si quæ adsint, (excepto Ordine Sancti Augustini) a jurisdictione, & regimine spirituali, & temporali Religiosorum, quibus Monasteria hujusmodi subiecta sunt, eadem auctoritate ipsarum tenore præsentium perpetuo eximimus, ac illa omnimodæ jurisdictioni tam in spiritualibus, quam in temporalibus memorati Michaelis Antonii, & pro tempore existentis Episcopi Carthaginen. subijcimus.

§. 6. Demum zelum præfati Michaelis Antonii Episcopi pro omnibus ad suæ dignitatis, jurisdictionis Ecclesiæ, & Immunitatis Ecclesiasticæ defensionem gestis plurimum in Domino commendantes illum de omnibus Ecclesiæ suæ fructibus decursis, & non exactis, necnon de omnibus damnis occasione ejusmodi indebitæ vexationis per ipsum passis, reintegrandum esse decernimus.

§. 7. Decernentes pariter easdem præfatas literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dicto Michaeli Antonio Episcopo, aliisque ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respectu inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscum-

Dat. 19. Jan. 1706. An. 6.

Lis orta inter Episcopum Carthaginen. & alios prædd.

Quæ ad examen revocata fuit a speciali Congregatione 1703. 1704.

Approbantur acta Episcopi Carthaginen. & nulla declarantur illa partis adversæ.

Eadem revocantur, & irrita pronunciantur.

Quomodo procedendū adversus partem contrariam, & delinquentes; atque Tribunal Inquisitionis in Civitate Carthaginen. aboleatur.

Quid de iis, qui plura injuste passi sunt.

Monasterium Sanctæ Claræ Episcopo subijcitur: & Fratres Minores puniuntur.

Omnia alia Monialium Monasteria, uno excepto Episcopi jurisdictioni subijciuntur.

Antonius Episcopus Carthaginen. merito ornatur elogio.

Clausula.

que Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam caufarum Palatii Apoftolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, fi fecus fuper his a quoquam quavis auctoritate fcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Non obftantibus Conftitutionibus, & Ordinationibus Apoftolicis, ac quatenus opus fit, Monafteriorum, & Ordinum praeftatorum, aliifve quibufvis, etiam Juramento, Confirmatione Apoftolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Confuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoftolicis in contrarium praemifforum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & fingulis, illorum tenores praefentibus pro plene, & fufficienter expreffis, ac ad verbum infertis habentes; illis alias in fuo robore permanfuris ad praemifforum effectum hac vice dumtaxat fpecialiter, & exprefse derogamus, ceterifque contrariis quibufcumque.

Datum Romae apud S. Petrum fub annulo Pifcatoris die XIX. Januarii MDCCVI. Pontificatus noftri anno Sexto.

LXIII.

Conceduntur Fratribus Eremitis S. Auguftini Provinciae Portugalliae, qui in Congregatione Indiarum Orient. Vicarii Provincialis munere perfuncti fuerint, omnia privilegia Exprovincialium Provinciae.

Eadem privilegia Exprovincialium concessa fuerunt quibusdam Fratribus Iularum Philipp. ab Innoc. XI. Conf. ed. 1677. Dec. 11. P. 2. Et nonnullis Difcalceatis Congregationis Hifp. & Indiarum ab hoc Pontifice Conf. ed. 1704. Febr. 13. P. 4. Et Bened. XIII. Conf. ed. 1727. Jun. 14. P. 4. Statuitur ne amplius concedantur privilegia Exprovincialium in Provincia Portugalliae.

Dat. 1. Febr. 1706. An. 6.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilectorum filiorum Fratrum Provinciae Portugalliae Ordinis Eremitarum Sancti Auguftini Nobis expofitum fuit, quod cum ipfa Provincia quamdam habeat Congregationem in Indiis Occidentalibus fibi fubjectam, ad cujus gubernium unus Vicarius Provincialis cum quatuor Diffinitoribus, qui illam tam in fpiritualibus, quam in temporalibus juxta peculiare Conftitutiones dicti Ordinis auctoritate Apoftolica confirmatas ad inftar cujuslibet memorati Ordinis Provinciae cum ordinaria Jurisdictione, & auctoritate regant, inftitui folet; Congregatio vero hujusmodi aliquibus abhinc annis in calamitofa, & miferabili ftatu reperiatur, tum ob Religioforum defectum, qui illam zelo, ac debito fervore gubernent, curamque fpeciale Miffionum eis commiffarum, ac in illis partibus adeo neceffarium habeant, tum denique ob repugnantiam, quam habent praedictae Provinciae Alumni pro memorata Congregationis regimine electi ad fubeundum adeo longum, & periculofum Maris lter, iidem Religiofi in Vicariis Provinciales electi, tametsi absoluto eorum officio, in dicta Congregatione permanentes privilegiis Provincialibus absolutis competentibus potiantur, nihilominus ipfi ad propriam Provinciam poftea revertentes in ea omni profus privilegio, & exemptione carent, ut autem Religiofi praedictae Provinciae digniores ad fubeunda tot, tantaque evidentia eorum vitae pericula in conficiendo, tam longo itinere fex millium leucarum Maris, & vitandis poft eorum adventum Conventibus dictae Congregationis inter fe valde diftantibus, &

Rationes pro obtinenda hujusmodi concessione.

demum diffeimando verbum Dei variis in locis pariter diftantibus, prout neceffitas exigit incitentur, dilecti pariter filii Simon de Gowea Lector Jubilatus, & Joannes Ferreyra Fratres exprefse profefsi Congregationis, & Ordinis hujusmodi Exvicarii Provinciales, Congregationis, feu Capitulo intermedio dictae Provinciae die 10. Novembris 1704. celebrato fupplicem libellum porrexerunt pro opportuno remedio, enixe deprecantes, ut nedum iidem Simon, & Joannes, qui praedicta omnia pericula, & incommoda munus Vicarii Provincialis obeundo paffi fuerunt; Verum etiam ceteri dictae Provinciae Religiofi, quos in pofterum ad memoratam Congregationem ad Vicarii Provincialis hujusmodi officium exercendum transmitti contigerit, poft eorum in Provinciam reditum omnibus privilegiis, & exemptionibus, quibus ejaudem Provinciae Provinciales absoluti cum voce, & loco in Capitulis Provincialis fruuntur, fimiliter gaudere deberent.

§. 1. Cum autem, ficut eadem expofitio fubjungebat, omnes Fratres de gremio Diffinitorii, lectis, ac mature perpenfis fupradictis rationibus, nemine penitus contradicente, Idulti hujusmodi confectioni confenfum praefiterint. Nobis propterea dicti Exponentes humiliter fupplicari fecerunt, ut in praemiffis opportune providere, & ut intra indulgere de benignitate Apoftolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipfos Exponentes fpecialibus favoribus, & gratis profequi volentes, & eorum fingulares perfonas a quibufvis excommunicationis, fufpenfionis, & interdicti, aliifque Ecclefiasticis fententiis, cenfuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel caufa latis, fi quibus quomodolibet innodatae exiftunt ad effectum praefentium dumtaxat confequendum harum ferie abfolventes, & abfolutas fore cenfentes, hujusmodi fupplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum noftrorum S. R. Eccl. Cardinalium negotiis, & confultationibus Epifcoporum, & Regularium praepofitorum, qui votum Capituli Generalis per dilectum etiam filium modernum Priorem Generalem dicti Ordinis relatum perpenderunt, ipfumque Priorem Generalem fuper praemiffis audiverunt, confilio, ut memorati Simon, & Joannes, qui in praedicta Congregatione in Indiis Orientalibus Vicarii Provincialis munere functi funt, privilegiis, & praerogativis Exprovincialium, etiam cum voto in Capitulis Provincialibus Provinciae Lufitaniae, ac cum loco immediate poft Exprovinciales ejaudem Provinciae potiantur, & gaudeant, auctoritate Apoftolica tenore praefentium indulgemus. Praeterea eadem privilegia, & praerogativas Exprovincialium, etiam cum voto in Capitulis Provincialibus, & cum loco immediate poft praedictos Exprovinciales, Vicariis Provincialibus Congregationis Orientalis praedictae poftquam in Provinciam Portugalliae fupradictam reverfi fuerint, auctoritate, & tenore praedictis concedimus; ea tamen lege, ut ii dumtaxat enarratis privilegiis in Provincia ipfa gaudere valeant, qui ex Europa in Indias tranfeunt, & ibidem Vicarii Provincialis munus integro biennio cum laude, & profectu Sacrarum Miffionum obierint, quive aut lectores jubilati fint, aut Evangelicae Praedicationis principalioribus in Lufitaniae Urbibus viginti ad minus annos cum plaufu, iuftaque fama expleverint; Salva tamen femper in praemiffis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 3. Decernentes ipfas praefentes literas femper firmas, validas, & efficaces exiftere, & fore, fuosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos fpectat, & pro tempore quandocumque fpectabit in omnibus, & per omnia pleniffime fuffragari, & ab

Quae expofita fuere in Capitulo intermedio 1704 ab eo quo approbata.

Preces Provinciae pro concessione.

Concessio praed. iis tantum facta, qui Lectores jubilati, vel Praedicatores 20. annorum fpatio exite- rint.

Clausula.

illis inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, iudicari, & diffiniri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus se. rec. Clementis Papæ VIII. Prædecessoris nostri, quæ incipit: *Admonet Nos &c.* aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Congregationis, Provinciæ, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die I. Februar. MDCCVI. Pontificatus nostri anno Sexto.

LXIV.

Extenditur Indultum recitandi divina officia ritu latino, necnon Sanctorum Ordinis S. Basilii ad Monachos, & Moniales Ritus Latini ejusdem Ordinis.

Hoc indultum concessum fuit Monialibus Messanen. Const. ed. 1703., Feb. 17. P. 3. Et Const. ed. 1706. Jun. 15. P. 6. conceditur Indulgentia plen. perp. pro omnibus Ecclesiis.

Dat. 26. Mar. 1706. An. 6.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Rationes pro extensione præd. Indulti.

Cum sicut dilectus filius Petrus Menniti Abbas Generalis Ordinis Sancti Basilii Magni Nobis nuper exponi fecit, alias per Decretum infra scriptæ Congregationis Cardinalium, quod subinde a Nobis per quasdam nostras desuper in simili forma Brevis die XVII. Februarii 1703. expeditas literas confirmatum fuit, Abbatissæ, & Monialibus Monasterii Sancti Salvatoris Philantropos nuncupati Civitatis Messanen. ejusdem Ordinis indultum fuerit, ut relicto ritu Græco in posterum divina officia ritu Latino ad præscriptum Breviarii Romani, necnon Sanctorum ejusdem Ordinis, quæ a Sede Apostolica Monialibus alterius Monasterii ejusdem Sancti Salvatoris Civitatis Panormitan. recitandi facultas concessa fuit, recitare possent, & valerent, prout in dictis literis uberius continetur; ipse vero Petrus Abbas Generalis, quo de cætero uniformitas in Divina Psalmodia servetur Indultum hujusmodi tam ad Monachos, quam Moniales eorumdem Ordinis, & Ritus Latini, quemadmodum in aliis Regularibus Ordinibus, qui inter se ejusmodi gratias spirituales communicare solent, extendi plurimum desideret. Nos piis dicti Petri Abbatis Generalis votis quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, ac ipsius, & Monachorum, ac Monialium hujusmodi singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis. Si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum ferie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis incli-

Preces Abbat. Gen.

nati de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, Indultum prædictum ad omnes, & singulos Monachos, & Moniales Ritus Latini quorumcumque Monasteriorum dicti Ordinis auctoritate Apostolica tenore præsentium extendimus, & ampliamus, salva tamen semper in præmissis auctoritate dictæ Congregationis Cardinalium.

§. 1. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Casuarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 2. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Monasteriorum, & Ordinis prædictorum aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XXVI. Martii MDCCVI. Pontificatus nostri Anno Sexto.

Conceditur Indulgentia plen. perp. pro Ecclesiis Monachorum S. Basilii in festo ejusdem Sancti.

LXV.

Const. ed. 1706. Mar. 26. P. 6. extensum fuit Indultum recitandi divina Officia ritu Latino. Et Const. ed. 1726. Jun. 12. P. 2. agit de confirmatione Abbatis Generalis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Injunctæ Nobis divinitus Apostolicæ servitutis ratio postulat, ut cælestium munerum Thefauros dispensationi nostræ a Domino creditos fideliter erogemus, cum id ad augendam in terris Sanctorum in Cælis cum Christo regnantium venerationem, excitandamque, & confovendam erga illos fidelium devotionem, ac ad animarum salutem speramus in Domino profuturum.

§. 1. Supplicationibus itaque dilecti filii moderni Procuratoris Generalis Ordinis S. Basilii Magni nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, ac de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus, & singulis utriusque sexus Christianis vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communionem refectis, qui aliquam ex Ecclesiis quorumcumque Monasteriorum dicti Ordinis tam hæcenus erectis, quam in posterum quandocumque erigendis, ac ubicumque locorum existentibus die festo ejusdem Sancti Basilii a primis vespere usque ad occasum solis diei hujusmodi annis singulis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Mariæ Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum

Dat. 15. Junii 1706. An. 6.

Exordium.

Preces Procuratoris Gen.

Concessio præd. Indulg.

preces

preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Clausula.

§. 2. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus habetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XV. Junii MDCCVI. Pontificatus nostri Anno Sexto.

LXVI.

Conceditur Indulgentia plen. perp. pro Ecclesiis Ord. Militaris Crucigerorum cum rubea Stella in festo Exaltationis S. Crucis.

Inn. XII. Const. ed. 1695. Jul. 23. P. 5. confirmata fuerunt privilegia. Et Bened. XIII. Const. ed. 1724. Aug. 4. P. 1. extat translatio Indulgentiæ.

Dat. 28. Aug. 1706. An. 6.

CLEMENS PAPA XI.

Universis Christianis fidelibus presentes literas inspecturis, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Preces Magni Magistri.

AD augendam fidelium Religionem, & animarum salutem cælestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, ac supplicationibus dilecti filii moderni Magni Magistri Ordinis Militaris Crucigerorum cum rubea Stella per Bohemiam, Silesiam, Moraviam, & Poloniam, existen. sub regula Sancti Augustini nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & singulis utrinque sexus Christianis fidelibus vere penitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis dicti Ordinis in eisdem Regnis, & Provinciis existentibus die festo Exaltationis Sanctæ Crucis a primis Vesperis usque ad occasum solis festi hujusmodi singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Mariæ Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Concessio præd. Indulg.

Clausula.

§. 1. Volumus autem, ut ipsarum præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVIII. Augusti MDCCVI. Pontificatus nostri Anno Sexto.

LXVII.

Confirmatur Decretum Congregationis Episc. & Reg. de servanda Constitutione Inn. XI. pro divisione Provinciæ Poloniæ Ordinis B. M. Montis Carmeli.

Laudata Const. ed. fuit 1687. Jun. 27. Et Bened. XIII. Const. ed. 1725. Jul. 21. P. 1. confirmatur decretum pro pace in Provincia Poloniæ.

Dat. 9. Oct. 1706. An. 6.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Refertur hujusmodi divi-

Nuper pro parte dilectorum filiorum Prioris Provincialis, Definitorum, ac Superio-

rum Provinciæ Russiæ Sancti Josephi Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo in Regno Poloniæ Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod cum Provincia Poloniæ, quæ omnes Conventus dicti Ordinis in illis partibus existentes comprehendebat, propter ejus amplitudinem ab uno Priore Provinciali quotannis, quinimo singulis trienniis commode, & ea, qua par erat, cura visitari non valuisset, in Capitulo Generali ejusdem Ordinis tunc celebrato, hac, aliisque rationibus mature perpensis, decretum fuerat, eandem Provinciam Poloniæ in duas dividendam, unde bon. mem. Paulus S. R. E. Presbyter Cardinalis de Alteriis nuncupatus, dum vixit Ordinis prædicti apud Sanctam Sedem Apostolicam Protector, in vim facultatis ei super hoc per Rescriptum sel. rec. Innocentii Papæ XI. Prædecessoris nostri attributæ per suum Decretum die 7. Junii 1687. editum divisionem Provinciæ prædictæ in duas a se invicem distinctas Provincias fecerat, assignatis utrique earum suis respective Conventibus, & cum diversis ordinationibus earumdem Provinciarum statui, & utilitati, ac felici progressui congruentibus, quod quidem Decretum dictus Innocentius Prædecessor per quasdam suas desuper in simili forma Brevis die 27. eorundem Mensis, & anni expeditas literas, toto illius tenore inserto confirmaverat. Et in eadem expositione subjuncto, quod in novissimo Capitulo Generali Ordinis hujusmodi in Alma Urbe nostra celebrato tunc existentes Priores Provinciales Provinciarum Poloniæ, & Russiæ sine consensu eorundem Provinciarum pro illarum reunionem insisterant; Ipsi vero Exponentes renunciationi hujusmodi sese opposuerunt, & proinde dictas Innocentii Prædecessoris literas præfati Decreti Paulus Cardinalis, & Protectoris confirmatorias etiam confirmari plurimum cupiebant: Emanavit a præfata Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet - Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, audito Patre Procuratore Generali Ordinis, referente Eminentissimo Flisco, censuit, ac decrevit, servandum esse enunciatum Breve, & imponendum perpetuum silentium, prout præsentis Decreti vigore servari mandat. Romæ X. Septembris MDCCVI. - G. Card. Carpineus - Ferdinandus Archiepiscopus Nicen. Secretarius.

§. 1. Cum autem, sicut dicti Exponentes Nobis subinde exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmiter subsistat, & servetur exactius Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desiderent. Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quancumque spectabit in omnibus, &

fit in Provinciam Poloniæ & Russiæ, atque ejus confirmatio ab Inn. XI. facta.

IVXXI

Causæ Congreg. Episc. & Reg.

Decretum præd.

Preces Provinciæ Russiæ.

Confirmatio relati Decreti.

Clausula.

1706.
& 1707.

per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Casuarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Provinciæ, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IX. Octobris MDCCVI. Pontificatus nostri Anno Sexto.

LXVIII.

Declaratur nullum Edictum Archiepiscopi Goan. contra jurisdictionem Commissarii, & Visitatoris Apost. in Sinarum, & aliis Indiarum Oriental. Regnis.

Declarata fuerunt nulla acta a Generali Inquisitore aliisque contra Episcopum Carthaginensem. Const. ed. 1706. Jan. 19. P. 6. Et Const. ed. 1711. Mar. 15. P. 11. declarantur nulla acta ab Episcopo Macaonen. adversus Commissarium Sinarum.

Dat. 1. Jan.
1707. An. 7.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Carolus Patriarcha Antiochen. electus fuit Commissarius, cujus censura adversus nonnullos Religiosos promulgata, nullæ declaratae fuerunt prædicti Edicto ab Augustino Archiep. Goan.

Cum nos alias pro commisso Nobis divinitus Apostolicæ servitutis munere, etiam ad remotissimas ab hac Sancta Sede Regiones Pastoralis vigilantia nostræ curam extendentes per quasdam nostras in simili forma Brevis literas Venerabilem Fratrem Carolum Thomam Patriarcham Antiochenum nostrum, & Apostolicæ Sedis Commissarium, & Visitatorem in Sinarum, & aliis Indiarum Orientalium Regnis cum potestate, etiam nostri, & ejusdem Sedis de Latere Legati, ac diversis, & amplissimis facultatibus constituerimus, & deputaverimus, & alias prout in prædictis nostris die 4. Julii 1702. expeditis literis, quarum tenorem præsentibus pro expresse, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus uberius continetur. Et (sicut nuper non sine gravi animi nostri dolore accepimus) postquam idem Carolus Thomas Patriarcha Commissarius, & Visitator in Dicecesi Melioporen. debita, ut par erat reverentia a venerabili pariter Fratre Gaspare Alphonso Episcopo Melioporen. recognitus, & exceptus fuerat, ac justis, & rationabilibus causis adductis, censuras quasdam Ecclesiasticas in eadem Dicecesi contra nonnullos Regulares promulgaverat, Edictum quoddam sub nomine venerabilis, etiam Fratris Augustini ab Annuntiatione die 22. Decembris 1704. editum prodierit, & subinde in quibusdam Oppidorum, seu locorum Madraspatani, & Pudiaherii Ecclesiis, & forsan alibi publicatum fuerit, quo sub variis, frivolis, ac profusis insubstantibus prætextibus censura prædicta ab eodem Carolo Thoma Patriarcha Commissario, & Visitatore, sicut præmittitur, promulgata, inaudito ausu, nullæ declarantur, ipsique Regulares ad Sacramentorum Ecclesiasticorum administrationem admittuntur, nec

non omnibus, & singulis tam Ecclesiasticis, quam Laicis mandatur ne ipsi Carolo Thomæ Patriarchæ Commissario, & Visitatori obediant, aut dictas censuras vereantur, ac insuper eisdem Carolo Thomæ Patriarchæ Commissario, & Visitatori, in verso sane pœnarum per Canonicas sanctiones irrogatarum usu sub excommunicationis pœna inhietur, quo minus jurisdictionem suam libere exerceat, aliaque temere præcipiuntur, atque ordinentur in gravissimum Apostolicæ auctoritatis, qua idem Carolus Thomas Patriarcha Commissarius, & Visitator nostro, & dictæ Sedis nomine in illis partibus fungitur contemptum, præjudicium, & detrimentum, & alias, prout in præfato Edicto, quod non approbandi, sed penitus, & omnino reprobandi animo, præsentibus itidem pro plene, & sufficienter expresse, & de verbo ad verbum inserto haberi volumus uberius dicitur contineri. Hinc est, quod nos ex debito Sacrosancti Apostolatus officii, quod humilitati nostræ meritis licet, & viribus longe impari commisit divina dignatio, ejusdem Caroli Thomæ Patriarchæ, Commissarii, & Visitatoris, seu potius nostram, & dictæ Sedis dignitatem, auctoritatem, & jurisdictionem a temerariis, & perniciosis hujusmodi conatibus illæsas, factasque, & tactas tueri, & conservare cupientes, ac omnium, quæ prædicti Edicti, seu in eo contentorum occasione quovis modo acta, & gesta sunt, seriem, causas, & circumstantias, etiam aggravantes, aliave quæcumque, etiam specificam, & individuum mentionem, & expressionem requirentia præsentibus, pariter pro plene, & sufficienter expressis, & exacte specificatis habentes, de nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus Congregationis Propagandæ Fidei negotiis præpositæ super rebus Indiarum Orientalium a Nobis specialiter deputatorum consilio, ac etiam Motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, prænarratum Edictum, & quæcumque in eo contenta cum omnibus, & singulis inde secutis, & forsan quodcumque secuturis penitus, & omnino nulla, inania, invalida, irrita, temeraria, attentata, & de facto præsumpta, nulliusque omnino roboris, & momenti esse, & perpetuo fore tenore præsentium declaramus; & nihilominus ad majorem cautelam, & quatenus opus sit illa omnia, & singula motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus harum serie itidem perpetuo revocamus, cassamus, irritamus, annullamus, & abolemus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuamus, & pro revocatis, cassatis, irritis, nullis, invalidis, & abolitis, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuis semper haberi debere decernimus, & pariter declaramus.

§. 1. Decernentes etiam easdem præsentibus literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod prædictus Augustinus Archiepiscopus, & alii quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes cujusvis status, gradus, Ordinis, præminentia, & dignitatis existant, seu alias specifica, & individua mentione, & expressione digni illis non conferant, nec ad ea vocati, citati, & auditi, causæque propter quas præsentibus emanant sufficienter adductæ, verificata, & justificata non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissima, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, aut incogitato, & inexcogitabili indivi-

duamque

Causæ sequentis declarationis.

Declaratio nullitatis, Edicti, omniumque actorum ab Archiep. Goan.

Clausula.